



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primæ Partis Opera Historica,
Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

Ad Rev. Et Illvstriss. Principem Jvlivm, Episcopvm Wirzepvrg. Dvcem
Franciæ Orient.

urn:nbn:de:0128-1-17297

AD REV. ET ILLVSTRIS.
PRINCIPEM

JVLIVM, EPISCOPVM
WIRZEPVRG. DVCEM FRAN-
CIAE ORIENT.



*V*1. Fama clari splendida nominis
Vivo & videnti contigit, hunc adhuc
Post fata centenasque menses
Clarus honor sequitur perenni
Cur laude. Magnum dico TRITHEMIUM,
Ripâ in Mosella vitiferâ satum,
Miraculi instar, ob reclusas
Ingenij potioris artes,
Diamque rerum mille peritiam,
Mortalium quas scire aliâs dedit
Apollo non ulli persequê,
Aut Genios penetrare ad altos,
Secretiorum numine conscio
Fauente. sed nec tango Poligraphum
Perplexitates ambitusque,
Nec Steganographiæ Meandros,
Vix explicandos Sphingi sophistica,
Si clavis absit. Vidimus hanc tamen
Ipsi, characterasque miros
Legimus Hebraicis figuris.
Ast hæc faceffant. Historias probem
Dux FRANCE planas percelebris viri,
Quarum recollectis ad unguem
En hodie noua prodit auras
In luculentas editio libris,
Ductu FREHERI. Non tibi displicet
Ivli, quod olim perpolitio
Ingenio placuit BIBRÆI,
Cui dedicauit ipse TRITHEMIUS
Suos labores, postmodo cælitis
Humatus in fano Iacobi.
Atque dehinc utinam latentes
Chartas in umbris prisca MAGVNTIA
Alumna Rheni, seu VIRIDIS sacra
Verruca PYRGI, nata Mæni,
Suppeditent opus illud ingens
De gente Francâ, & Regibus inclitis,
Quos HVNIBALDVS veridico stilo
Descripsit, etsi fabulosis
Arguitur memorasse gestis

Trithemij

Opera
historica

Nonnulla. verum poltemere est ubi
Quid suspicamur rejicula fide
Debere censeri; frequensque
Lumina cacat opinionis
Fumus sinistra. Sit revocata, sit
Reducta ab Orco caesa voluminum
Occlusa moles HANNIBALI
(Quid magis opto?) TRITHEMIQUE
O quantam inibis postmodo gratiam
A litteratis omnibus, omnibus
Item per Eoi recessus
Limitis Hesperijque Francis,
Rheni sacerdos maxime, nec minor
Mæni sacerdos, si faciles opem
Communicetis mutuatum
Pollice cum graphico FREHERI,
Complura deinceps edere feruidi,
Ut eruditi gloria saculi
Vigens locupletetur ample, &
Historia penus augeatur.
Nam vestra in antro duplici pulpita
Scriptis abundant, sicut & optimis
BAMBERGA galis, plurimoque
Codice per pluteos referta est.

PAVLVS MELISSVS Francus,
Comes Palat. & Eques aurat.
civis Romanus.

ET I
HANN

IOHA



habitu seculari
nouiter intro
atque millesimu
translato, Ioann
nobis Spanheim
bus decem & no
lorum temeritat
assumpsit; & Sp
vtrobiq; plura co
uit subscripta. C
quo communis a
borum eius habe
gnabo, quas in Sp
stitutiones ordi
tium, librum vnu
di capitulum pro
melias & sermo
ri suo dicauit. D
Nicolaum presby
culum monache
vnum. Opus Per
lustribus viris sui
libros duos. Ad
librum vnum. A
bus Ecclesiasticis,
questiones Augu
rii sui Spanheim
monasterii Hirsau
riae, & comitum
rem librum vniu
Treutrensi, libru
S. Andree Aposto
des S. Benedicti ab